Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pascha discipulis. homo amphoram aquae portans occur-
rit. ut ostendatur huius paschae misterium pro ablutione
perfecta mundi toti esse celebrandum. Aqua quippe laua
crum gratiae. amphora mensuram perfectam significat. Parant
ergo pascha. ubi aqua infertur. quia tempus iam adest quo
uerae paschae cultoribus typicus de limine cruor aufe
ratur. et ad toleranda crimina uiuifici fontis baptis
ma consecretur. Et dicetis patrifamilias domus. Dicit enim
magister: Ubi est diuersorium. ubi pascha cum discipulis me
is manducem. Consulte uel aquae baioli. uel domini domus nomina sunt pre
termissa uocabula. ut omnibus pascha celebrare uo
lentibus. hoc est Christi sacramentis imbui. Christum suae mentis
hospitio suscipere querentibus facultas danda signetur.
Et ipse demonstrabit uobis cenaculum magnum stratum et
ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis. et pa
rauerunt pascha. Cenaculum magnum. lex spiritualis. quae de
angustiis litterae egrediens. in sublimi loco recipit
saluatorem. Illa qui adhuc occidentem litteram seruauerit
quoniam aliud maius quam pecus intellexerit tenerrimum.
in imis pascha facit. quia spiritus maiestatem comprehendere